



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

13. Cathedrales tenues summus Pontif. vnit, aut accessione ex fructibus  
auget. Interea certo modo prouide[n]tur Episcopo. Parochiales, sed tenues  
Ecclesi[a]e sunt augendæ. Pensionibus beneficia ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

Statim colligendo airigat ad Deum.

Corpus modestè, ac decore componat, oculos præser-tim custodiat, ut sint debite attentionis ministri.

Si quod verbum dicere, vel respondere oportebit, id citò, ac breuiter expediat.

Quæ recitat, aut canit, ex libra sibi parato, non ex memoria depromat.

Offerat Deo pro se ipso attentationem, & deuotionem tot sanctorum hominum in Canonis precibus exoluendis.

Post Horas.

Deo gratias referat, quòd accessum habuerit ad eius laudes, & colloquia.

Petat humiliter veniam errorum, quos in hac diuinâ functione commisit.

Linguam velut instrumentum Deo dicatum caute-custodiat.

Cordis affectiones ita componat ut externæ consonent verborum modulationi.

Moribus, ac vita Deum perfectè laudare conetur.

Superfluis rerum curis ne implicitur ut molestos cogitationum tumultus euitet.

Quæ verba in psalmodia sibi magis fructuosa gustat, ea diuinius conseruet.

Harmonia rerum creatarum sincero, ac fidei earum usu omni tempore concinat.

Ad supernum Beatorum chororum aspiret, qui in diuinis praecognitis perpetuo exultant.

Mysteria Passionis Christi Domini, quibus horæ canonice respondent, memoria sepe retrahat. Hactenus tabella.

Cathedrales tenues Summus Pontif. vnit, aut accessione ex fructibus auget. Interea certo modo prouideatur Episcopo. Parochiales, sed tenues Ecclesiæ sunt augenda. Pensionibus beneficia tenuia grauari minimè conuenit. Parochias suas singulas singuli parochiani frequentent.

### C A P V T   X I I I .

1 Doctores de materia cap. agentes.

2 Vno alicuius partis fructuum parochialium est prohibita.

3 Parochialis Ecclesia vniuersitate non potest Capitulo Cathedralis etiam ob tenuitatem Canoniticatum.

4 Habet locum quando vere est Ecclesia parochialis.

5 Parochiarum duarum professor non est molestans, sed quando vni solum collatæ sine dispensatione fuerunt per 40. annos.

6 Episcopus potest curam animarum toti Capitulo Cathedralis Ecclesiæ incumbentem transferre.

7 Parochia, que certos fines non habent non comprehenduntur sub hoc decreto.

8 Parochialium exiguitati quomodo prouidendum,

9 Parochiales monasterii non vniendæ.

10 Parochiales habitu tatum possunt monasterijs vniiri.

11 Uniones parochialium, que sunt pro fundatione, dotazione Collegiorum, &c. salvantur.

12 Ecclesiæ Cathedrales, quarum redditus ad summam ducatorum mille non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructus grauari debet.

13 Pensio non imponitur super parochiali resignata, se valor illius non excedit centum ducatos.

14 Valor centum ducatorum, que manere debent Rectori parochialis, intelligendum est iuxta morem vniuersitatisque regionis.

15 Claus. Dummodo remaneant centum pro Rectore, quomodo iustificanda.

16 Congrua portio assignanda parochio censetur summa scutorum centum.

**Q**uoniam plerique Cathedrales Ecclesiæ tam tenuis redditus sunt, & angustæ, vt Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque Ecclesiæ necessitatibus sufficiant: examinet Concilium provinciale, vocatis ijs, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatemque inuicem vniire, vel nouis prouentibus augere expediat, <sup>b</sup> confectaque de præmissis instrumenta ad summum Romanum Pontificem mittat: quibus instructus summus Pontifex ex prudentia sua, prout expedire indicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim vero, donec predicta effectum sortiantur, huiusmodi Episcopis, qui fructuum subuentione pro diœcesis sua tenuitate indigent: poterit de beneficiis aliquibus, <sup>a</sup> dum tam curata non sint, nec dignitate, seu canonicatus, & prebendas, nec monasteria, in quibus viget Regularis obseruantia, vel que Capitulis generalibus, & certis Visitatoribus subduntur, a summo Romano Pontifice prouideri. <sup>b</sup> In Parochialibus etiam Ecclesiæ, quarum fructus aequæ adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere: curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem, non tamen regularem, id fieri non possit, vt primatiarum vel decimarum assignatione, aut per parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut parochie necessitate decetera sufficiat. In unionibus vero quibuslibet, seu ex supradictis, seu alijs causis faciēdis, Ecclesiæ parochiales, & monasterijs quibuscumque, aut Abbatijis, seu dignitatibus, sive prebendas Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, sive alijs beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, militiis, non vniantur, & quæ vniæ sunt, <sup>c</sup> reuidentur ab Ordinariis, iuxta alias decretum in <sup>d</sup> eadem Synodo sub sel. rec. Paulo III. quod etiam in vnitatis ab eo tempore citra æquæ obseruetur: non obstantibus in ijs quibuscumque verborum formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. <sup>e</sup> Ad hæc in posterum, omnes ha Cathedrales Ecclesiæ, quarum redditus summam ducatorum mille, & Parochiales, quæ summam ducatorum centum, secundum verum annum valorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum grauentur. In ijs quoque ciuitatibus, ac locis, vbi Parochia-

<sup>a</sup> Sup. fff. 7.  
de reformat.  
ap. 6. & 7. &c.  
fff. 14. dere-  
form. cap. 9.  
& infra. c. 5.  
<sup>b</sup> E. vno. 10.  
q. 3. c. & 12.  
poris. c. seq.  
19. q. 4.

<sup>c</sup> Sess. 7. c. 6.  
<sup>d</sup> Sup. fff. 7.  
de reformat.  
c. 6.

les Ecclesiæ certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum, quem regant, sed pro misericordiis potestibus Sacraenta administrant: mandat sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas, propriasque parochias, uniuicue suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & a quo solo licite Sacraenta suscipiant; aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exigerit, prouideant. Idemque in ijs ciuitatibus, ac locis, vbi nullæ sunt parochiales, quamprimum fieri current, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

<sup>• Cap. 1. 13.  
9. 1. c. plures  
16. q. 1. c. de  
paroch. & in  
fratelli. 14. de  
rectori. c. 9.</sup>

**V** Ide Archiep. Bononien. p. 4. sub tit. de unione. pag. 253. cum seqq. Franc. Leon. in thesauro fofi eccles. p. 2. cap. 2. num. 70. & cap. 16. num. 20. cum seqq. & num. 67. Vgolin. de officio Episcopi cap. 52. a princip. Monet. de decimis. c. 8. g. 6. num. 80. & 81.

**a.** Dum tamen curia non sint, ] Non solum vnionem 2: Parochialis esse prohibitam, sed etiam aliquam partem fructuum carum vnitri non posse refert decism Aloys. Ricc. in praxi rerum fofi eccles. resol. 383. num. 5. vers. limita sexto, in 2. edit. alias decis. 492. in 1. edit. Garc. de benef. p. 12. cap. 2. num. 87.

**b.** Parochialem Ecclesiam vnitri non posse Capitulo 3: Cathedralis etiam ob tenuitatem Canoniciatum, & ob impossibilitatem etiam vniendi beneficia simplicia, & ob id quoque quod non decebat minuere eorum numerum, iuxta mentem Concil. cap. 15. sup. hoc ead. seqq. Aeneas Aldan, in compendio canon. resol. lib. 4. tit. 8. num. 3. vbi attestatur decism in Alexandrina 3. Marci 1594.

**c.** Habere locum hoc decretum quando vere est Ecclesia 7: Parochialis, & certos habet fines, & non alias, refert decism Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. num. 96.

**d.** Parochia dura si per consuetudinem, que per 40. annos viguerit, tanquam vnitate, vni semper collata sine dispensatione fuerunt, non esse earum postförem molestatum, refert decism Garc. de benef. p. 12. cap. 2. num. 243.

**e.** Episcopum posse curam animarum toti Capitulo 6: Cathedralis Ecclesiae incumbentem transferre accedente consensu Capituli per viam unione perpetua in obtinentem dignitatem in eadem Ecclesia, que vniuersi consentiant, ait Aeneas Aldan. d. iii. 8. n. 4. attestans sic decism sub dia 30. Marci 1594.

**f.** Parochias, que certos fines non habent, sed certum 7: tantum populum, vt per certas familias distinguantur, vñque adeo ut Sacraenta promiscue non administrantur, non comprehendi hoc decreto refert decism Garc. d. p. 12. cap. 2. num. 88. & Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. num. 96. Ego ipse de Parochio cap. 1. num. 23.

**g.** In Parochialibus etiam Ecclesijs, &c. ] Vide Mando. 8. ad reg. 22. de unione. g. 5. n. 3. ad fin. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. c. 26. num. 25. Gutter. præc. lib. 1. q. 17. n. m. 3. cum seqg. Gon- 22. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. n. 20. & gloss. 5. 8. 7. num. 6. & 62. Castro Palao in opere mor. 10. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 12. n. 1.

**h.** Monasteriis quibuscumque, &c.] Vide Monet. de con-

9. mutat. ultim. velunt. cap. 11. num. 99. cum seqg.

**i.** Parochiales dum monasteriis vni prohibit Concil. 10. in presenti, intelligendum esse de Parochialibus, que actu, non autem de illis, que habitu tantum supra hominum memoriam Parochiales existunt, refert decism Garc. in addit. ad suum tractat. de benef. part. 5. cap. 3. numer. 121.

**j.** Saluari tamen, & excipi vñiones, que sunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel confervatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad fidei Catholi-

cam defensionem, & propagationem, bonarumque at- 12. tum cultum, resoluunt Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. 5. 7. num. 46. Vgolin. 4. cap. 52. §. 1. num. 1. vers. secundo.

**k.** Ad hac imponerum omnes ha Cathedrales, &c.] Omnes Ecclesias cathedrales, quarum rectus summum du- 12. torum milie non excedunt, nullis pensionibus, aut re- fermentationibus fructuum grauari debere, ex hoc cap. colligit Flamin. Paris. de resign. lib. 6. q. 2. num. 34. cum seqg. Garc. p. 1. c. 5. num. 393. Azot. insti. moral. p. 2. lib. 7. cap. 21. q. 8. vbi air huic cap. esse expresse derogandum, cum pension altera imponitur, per ea que tradit Put. decif. 494. lib. 2. in antiqu. alias decis. 493. ead. lib. in correctis; sed in hoc videtur contrarium tenendum, immo tacite dispensare Papam omittendo clausulam, dummodo remaneant mille pro Episco- po, ex Rot. in Ferentina pensionis 23. Ianuarij 1602. coram Orembergio. impresa per Marchetian. de commissione part. 1. pag. 535. & illius memini in tract. de Clauſulis usi frequent. clauſ. 4. 8. num. 2. secundum Lugdunen. impresa. vbi multa de hac clausula, & illius iustificatione.

**l.** Ducatorum centum, &c.] Pensionem non imponi sa- 13. per Parochiali resignata, si valor illius non excedit centum ducatos, ex hoc decreto colligunt Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 6. quest. 2. num. 21. Garc. de benef. p. 1. c. 5. num. 375. vbi subdit quod in pensione, qua constitutur super Parochiali, solet apponi clausula, dummodo re- maneat centum ducati liberi pro Rectore, & quod dictio illa liberi, importat idem quod absque illo grauamine, & diminutione, per Rot. decif. 298. part. 1. dixerit.

Valorem centum ducatorum, qui ex hoc decreto de- 14. bet remanere Rectori Parochiali Ecclesiæ, quæ pen- sione grauatur, intelligendum esse iuxta morem vniuersi- cuiusque regionis in qua est beneficium, referunt deci- sum Lel. Zech. de republ. eccles. cap. 28. num. 4. pag. mibi 323.

Galer. in margarita casuum conscient. verb. Parochus vlt. 15. & verb. pecunia 1. & verb. pensio 10. Aloys. Ricc. in collect. de- cis. part. 4. collect. 745. in fine, & in præzirerum fofi ecclesiast. decif. 428. num. 1. in 1. editione, alias resolut. 365. num. 2. & resolut. 644. in 2. edit. Nicol. Garc. in addit. ad d. part. 1. cap. 5. num. 373. Sel. in solit. canon. cap. 81. num. 10. vbi assertit resolutum in Collen. 13. July 1630.

De Clauſula, illa, dummodo remaneant centum, &c.] & quomodo iustificetur, & qua onera ex illis centum sint deducenda, vel non, dixi late in tract. de clauſulis usi frequent. clauſ. 47. secundum Lugdunen. impresa. & in tra- ciat. de officio, & pofest. Parochi c. 29. ex nu. 15. usque ad nu. 20.

Ex his congruum portionem assignandam Parochio ex causa debiti pensionum careerato censeri debere summae feitorum centum argenti illarum partium, aut Sel. d. cap. 81. num. 8. alterens sic fuisse decism in Albin- ganen. 27. Ianuarij 1626.

**m.** Et consuetudinibus.] Praecedentibus scilicet, & non futuri, iuxta resoluta per Anguan. de legib. lib. 2. contron. 20. num. 21. & 22.

In nulla prouisione, seu admisione ad possessionem cuiuscunque beneficij fiant vllæ fructuum deductiones conuertibiles in usus non pios, consuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Episcopum probatis.

#### C A P V T X I V .

<sup>1</sup> Doctores de materia cap. agentes.

<sup>2</sup> Episcopus cu consensu Capituli statuere no potest vt

aliquid minimū soluat in ingressu Canonicoꝝ.

<sup>3</sup> Statuta de seruendo per annum, vel aliquod tem-